

res regulas gladio percussisset. et ipse tandem a suis domesticis interfectus. In quos ultione pacta filius eius Regnum suscepit. Audiuimus nos olim arborem esse in Scotia. que supra ripam fluminis enata fructus produceret anetarum forma habentes. et eos quidem cum maturitati proximi essent sponte sua decidere alios in terram. alios in aquam. et in terra deiectos putrescere. in aquam vero demersos mox animatos enare sub aquis et in aere plumis pennisque euestigio euolare. de qua re cum avidius inuestigaremus didicimus miracula semper remotius fugere. famosamque arborem non in Scotia. Sed apud archades insulas inueniri. Illud tamen nobis in Scotia miraculum representatum est. Quam pauperes pene nudos ad ecclesias mendicantes acceptis lapidibus elemosine gratia dati letos abisse perspeximus. Id genus lapidis siue sulphurea siue alia pingui materia predictum ligno. quo regio nuda est comburitur.

¶ Hibernia nunc nobis absoluenda est que pro a Britannia disiuncta freto partim libera Scotorum amicitia et societate gaudet. partim Anglicano parent Impio. Sed quoniam nihil dignum memoria pro hoc tempore de quo scriptio est gestum accepimus. Ad res hispanicas festinamus.

¶ Latissima regio Hispania et terra optimis. comparanda viris armisque potens. hoc anno nostro. in quinque Reges diuisa est. Primum ac maximum Castelle Regem appellant. Proximum ei Aragonum. Tertio loco Portugalensem Quarto Nauarre. Branate quod ab euangelio christi alienum est. Vicinum ponunt. In castella pre nobili ac late dominante Regno. Cuius Reges Gothorum sanguine creti nunquam genere variarunt. Aluarus de Luna natione Aragonensis. nobili genere. quibus extra matrimonium natus cum olim Johanni Regi adeo se insinuasset. ut vnus omnium Regni regisque potens videretur. Johannemque Nauarre Regem et Henricum magistrum militie Sancti Jacobi potentia sua opprimere. ac Regnum